

durch vnd durch in dem namenn  
alls ich es durch got angebebt han.  
Hie prueder perchtoldcz puch all  
tag. Quibus ultimis verbis ad quo-  
tidianum scribendi laborem se ani-  
miffe videtur. Pagina averfa Ber-  
tholdum ad populum verba facien-  
tem rudi pictura exhibet. Inter  
auditores muliercula adfidet ga-  
lero tecta, quem illi malus dae-  
mon advolans deripere nititur.  
Infra adscriptum: *Andre Wüch*,  
quod pictoris nomen habeo. Ser-  
mo I. incipit: *Stipendia peccati  
mors est. das spricht der sannd pau-  
lus, die beiligen episteln, der lon  
nach den sünden das ist der tod —  
Nun sei wir allso arm an dewt-  
scher sprach, daz wir nicht wol  
bedeitenn mugenn, was in dewsch  
spricht Stipendia, wamit vil umb-  
red, Stipendia spricht aigenleich,  
wenn ain ritter wol gestritenn hat,  
dem geit man den lon &c. Fol.  
197. p. 1. legitur: Ein Junger  
begert von seinen maister, do er  
von im schollt varrun, daz er im  
ain ler schrib, wie er im sein lebn  
richtenn scholt in dem dienst vn-  
sers herrn. Opusculum, quod  
hunc titulum excipit, Compen-  
dium est *Formulae Novitiorum* il-  
lius, quam *David de Augusta*  
ejusdem Sodalitii vir ad *Berthol-  
dum* nostrum et *Tirones Ratispo-  
nenses* conscripsit, quaeque infer-  
ta est T. XXV. *Bibl. PP. Lug-  
dun.* ad p. 869. licet etiam inter  
*Bonaventurae* et *Bernardi Opera*  
reperiatur. Ubi obiter noto, fal-  
li *Oudinum* et alios, qui *Berthol-  
dum* focium potius, quam disci-  
pulum *Davidis* maluere, cum *Da-**

*vid* in Praef. *Formulae* aperte di-  
cat: *Quando ad tempus novitiatus  
tui magister eram tibi deputatus.*  
Ad calcem codicis haec: *Hie ain  
end am Erchtag nach Jacobi anno  
domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> XLIIII Iar  
Got genad dem schreiber. Dein In-  
figne coronatum cum lemmate:  
Hie banns hofkircher weil got wil,  
et utrinque: Hin ist bin. Da lei-  
hent dy Iuden nit auf. Demum  
Elenchus *Sermomum*, quos glosse-  
matum curiosi utiliter enotarent.*

## DCCLXVI.

Codex chartaceus lat. Sec. <sup>211</sup>  
XV. Folior. 254. f. sat nitide per-  
scriptus, paene totus *Homileticus*  
est, et sequentia complectitur: I.  
*Collationem factam per Venera-  
bilem magistrum Nicolaum de  
Wachnem sacre theologie profes-  
sorem Ad almam Vniuersitatem  
Heidelbergensem. de christi natiui-  
tate Anno. 1454. Incipit: Altis-  
simi directoris gracia de ineffabili  
christi genitura coram hac concione  
celeberrima collaciunculam facturum  
&c. Novit virum Tritemius,  
cujus adi Scriptores Eccl. n. 864.  
et Luminaria Germ. c. 222. No-  
vit item Gesnerus in Bibl.*

II. fol. 6. p. 2. Incipit *Sermo  
Engelbardi beyneberg Canonici  
Ecclesie Spiren. ad Clerum et cle-  
ros ut attendant verba beati ysidori  
in VII<sup>o</sup>. libro etymologiarum c.  
XII. Et dicta Canonis XCI. di-  
cleros et clericos. Initium: Qui  
sanctus sacerdos est et pascha domi-  
ni comedit accingatur baltheo casti-  
tatis &c. Agitur breviter de San-  
ctimo-*

etimoniam Vitae Sacerdotum. Autor ignotus. Tempus annus 1455.

III. fol. 8. Collatio doctoris Rudolphi de Bruxella. De corpore christi facta ad Vniuersitatem beydelbergensem. Anno 1456. Initium: *Totus et vere omnis in me meus et nunc et pridem sitiebat et esuriebat sititque et esurit animus &c.* Rescribendum putem de Buffela vico Sueviae; talis enim Rodolphus s. Radolphus teste Possevino Adp. T. II. p. 349. inter alia librum Sermonum et Orationes plures ad Patres scripsit.

IV. fol. 11. p. 2. Sermo popularis. de Corpore christi. Instruens communicantem. ad condignam preparationem &c. Doctoris Widenberg. Incipit: *Probet se ipsum homo &c.* Notandum quod sicut experientia teste videmus &c. Doctor Widenberg est Johannes Pfeffer Franco Orientalis Heidelbergensis primum, dein Friburgensis Academiae ornamentum, de quo post Trithemium Scriptt. Eccl. n. 88. copiose egit Vir cum de hac Academia, tum de omni re literaria optime meritus Jos. Ant. Riegerus Eq. in Amoenit. suis lit. Friburg.

V. fol. post plura vacua 37. *Johannis Dieppurg de Francfordia* Doctoris Heidelbergensis Opusculum, quod sine titulo incipit: *Glorioso et inclito principi domino Ludewico comiti palatino reni. sacri Romani imperij electori et archidapifero Bauariae duci &c.* Quidam clericorum et servorum suorum minimus &c. Quia nobilissimus animus vester circa sacram scripturam

se solet frequenter occupare, cum tempus indulserit &c. Congeries textuum est V. et N. T. quibus Divinitas J. C. et munus Messiae constabatur maxime contra Judaeos. Unde et subscribitur: *Expliciunt concordantie in unum collectae per egregium et eximium virum doctorem franckfurt contra Judaeos et vocatur Malleus Judaeorum.* Non innotuit Malleus hic Trithemio n. 764. Gesnero et Fabricio, qui Viri opera recensent; neque Wolfii T. IV. Bibl. Hebr. reperitur.

VI. fol. post 6. vacua 49. Sermones III. ἀδελφοί de Observatione Dierum festorum, inscripti de festuando. Thema omnium trium est: *Observa diem sabati ut sanctifices eum.* Deut. 2. Initium vero primi: *Karissimi In hoc utique Ius ratio et consuetudo consentiunt &c.* Adjecta est in fine Tabula.

VII. fol. post 3. pura 73. rubro: *Traſtatus contra buffitas Magistri Johannis franckfurt.* Editus Anno 1421. Hoc Praeloquio: *Cum nuper videlicet Anno Domini 1421. in mense septembris Illustris et magnificus Princeps Dominus Ludouicus comes palatinus reni, sacri romani imperij Archidapifer et elector nec non dux bauariae cum ceteris reni coelectoribus reuerendissimis patribus et Dominis archiepiscopis personaliter in campo terre bohemiae prope opidum sacz residentes illic suis fixis tentorijs ad subiugandum sanctae romanae ecclesiae et katbolice fidei rebelles hereticos scilicet de regno Bohe-*

Bobemie qui ab romane ecclesie obedientia recefferunt et se contumaciter contra residuam christi-  
tatis multitudinem erexerunt. Oblata fuit eidem prefato illustri principi Duci ludowico quedam cedula per quendam bobemum Hereticum conscripta quatuor in summa continens articulos, quos scriptor eiusdem cedula dixit bobemos velle usque ad separacionem anime a corpore defendere, prout etiam in eadem cedula continetur. Itaque ille prenomi-  
natus christianissimus princeps (in marg. rubro Barbatu notatur) ipsis oblatis articulis nequam assensiens, sed eos veluti male sonantes respuens, iussit, ut contra eosdem aliquid conciperem et feci id quod tunc potui inter tot campestris strepitus et inquietudines tumultuosas &c. Respondet itaque ad IV. illos Articulos, qui etiam apud Cochleum Hist. Hussit. L. V. p. 199. leguntur. Novit Tractatum hunc Tritemius n. suprac. et ex eo Fabricius, qui tamen erronee illum anno 1494. adsignat.

VIII. fol. 77. p. 2. Sequitur Alius tractatus contra Hussitas factus Anno domini 1421. Die 16. mensis septembris in campo bobemie prope sacz ad unum miliare a venerabili sacre theologie Doctore conrado De susato (Soest in Westphalis) postea promotus in episcopum ratisponensem. Initium ad eundem Ludovicum Barbatum: Illustri princeps et excelsae domine, cupiens vestre celsitudinis et gratie parere mandatis ea que de quatuor Articulis — scio, con-  
Denis Codd. Theol. V. I. P. III.

scripsi &c. Gesnerus in Bibl. notat Conradi de Susata Quaestiones in Ethica Aristotelis, sed de praesenti Tractatu, quem cum praecedenti ineditum puto, altum ubique silentium. Autoris in Episcopatu Gesta habes in Hundii Metrop. Salisb. T. I. Ratisp. 1719. p. 142 f. Obiit 1437. kal. Maj.

IX. fol. 82. p. 2. Sermones XVIII. quorum Primus inscribitur: Sermo ad clerum factus per egregium Doctorem magistrum nicolaum Gauer In synodo Wormacien. Cum porro et subsequi ad Reuerendos Patres, Doctores et Magistros dirigantur, siloque inter se conveniant, omnes eidem Autori adscribendos censeo, de quo nihil apud Lexicographos, nisi forte is sit Johannes Gauer Carmelita Moguntinus, aut Nicolaus de Susato Conradi praecedentis conterraneus et ipse apud Ludovicum Bav. in pretio habitus, Gymnasii Heidelbergensis decus et columna, ut ait Trit. c. 169. de Scriptt. Germ. qui illi Sermones multos tribuit. Primus nostris incipit: Domus mea domus orationis vocabitur. Luce 19. Reuerendi Patres &c. Quia beatus Ambrosius in primo lib. de officiis plures dicit se uidisse in peccatum incidere in loquendo &c. Corrupti quorundam Clericorum mores passim, maxime Serm. V. depinguntur et acriter perstringuntur.

X. fol. 169. Sermones XII. sic inscripti: Collatio de festo Annuntiationis Beate Marie magistri Johannis pfeffer de widenberg cum  
U unde-

2811

C O D I C E S

2812

undecim immediate sequentibus, quos omnes compilauit in uniuersitate beydelbergen. Primus incipit: *Hec dies boni nundij est. Scribuntur hec verba originaliter 4<sup>ti</sup> Regum VII. cap. &c.* Reliqui de *Festis domini et B. V.* sunt, tres vero *Synodales*. Confer de hoc Viro eruditissimi Eq. *Jof. Ant. Rieggeri Amoenit. Friburg. Fascic. I. p. 35.*

XI. fol. post 5. pura 241. *Magistri Henrici Schwinfurt*, ut in margine ait Rubrica, *Sermo de Epiphania*. Initium: *Hodierne festiuitatis celeberrimi patres solemnitas gloriosa ab apparitione nomen accepit. Epiphania quippe apparicio est &c.*

XII. fol. 246. *Sermo sancti basilij de vita solitaria*. Initium: *Libet de singularis vite meritis pauca perstringere &c.* Finis: *ad edificacionem perueniet domum non manufactam eternam Amen.* Sermo hic inter *Opera Petri Damiani Paris. 1642. T. III. p. 103. Caput XIX.* constituit Opusculi XI. quod inscribitur *Liber Dominus Vobiscum*; positus tamen etiam est a *Juliano Garnerio inter Basilij Spuria T. II. Opp. Paris. 1722. append. p. 704.*

XIII. fol. 248. p. 2. *Sermo Magistri Jo. trutzenbach de belbrunna sacre theologie professoris In Vigilia Pentecostes*. Incipit: *De excelso misit ignem in ossibus meis et erudiuit me. Originaliter trenorum primo. Venerabiles patres domini doctores egregij &c.* Ad calcem rubro: *In Alma Vni-*

*uersitate Heydelbergen. ad cujus Historiam Codex hic conferre non nihil possit.*

## DCCLXVII.

Codex chartaceus lat. Sec: 297 XV. Folior. nunc 385. f. per duas columnas exaratus completitur sequentia: I. *Nouem aliena peccata Magistri Feorij de Gyn-gen. Sequitur Sermo primus. Initium: Abiciamus opera tenebrarum &c. Vas electionis et sidus apostolicum &c.* Tota Tractatio diuisa est in *Sermones* vel *Articulos XXXVIII.* et in officiis hominis Christiani circa praedicta Peccata exponendis versatur, unde Autorem ignotum Theologis moralibus potius accenseas, quam Homiletis.

II. fol. 74. p. 2. *Dynkelspüchel (Nic.) de duobus preceptis scilicet de Dilectione Dei et proximi.* Initium: *Scribitur Matth. 22. quod cum quidam legis doctor &c.* *Sermones* hi XI. jam indicati *Codd.* variis extant in edit. *Argent. 1516 a pag. 1. f.*

III. fol. 119. p. 2. absque titulo *Ejusdem Tractatus de Praeceptis Decalogi.* Initium: *Preter precepta legis nature communia &c.* Iam *Codd.* mox cit. et edit. *Argent. fol. 22. p. 2.* sed hic in *Primo* statim *Praecepto* his verbis: *sub istis verbis Exodi 2<sup>o</sup>. simul positus — deficit.*

IV. fol. 131. *Dynckbelspüchl super pater noster.* Initium: *Si quid pecceritis patrem in nomine meo*